

Alte Drucke

**CATECHESIS || DAVIDIS || CHYTRÆI. || RECENS
RECOGNI=||TA, ET MVLTI DE-||finitionibus aucta. ||**

**Chyträus, David
Argentorati, 1589**

VD16 ZV 30868

PRIMVM PRAECEPTVM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149135

PRIMUM PRAECEPT. 63

*Quæ sunt præcipuæ sententiæ Legis
Moralis? seu, Quot sunt præ-
cepta Decalogi?*

Decem. Recita.

PRIMUM
PRAECEPTUM.

*Ego sum Dominus Deus tuus, qui
eduxi te de terra Aegypti. Non habe-
bis Deos alienos coram me, &c.*

*Quæ sunt virtutes seu bona opera
primi Præcepti?*

*Omnes virtutes oriuntur à cognitione seu à
noticia gubernatrice, quia ignoti nulla cupido.
Ideò & primū Præceptū ab agnitione Dei ordi-
tur: Ego sum Dominus Deus tuus: & discernit
Deum*

Deum ab omnibus Creaturis & comēitijs numinibus. Est autem cognitio vel Essentie diuina, vel voluntatis patefacta aut in lege & cōminationibus, aut in promissionibus & Euangelio. Cum Legem Dei & comminationes cognoscimus & vera assensione amplectimur, oritur Timor Dei. Cum autem promissionem de Christo amplectimur, oritur Fides seu fiducia acquiescens in Deo & viuificans corda & pariens dilectionem erga Deum & erga proximum. Ex hoc fonte sumpta est distributio Virtutum primi praecepti, quas his duobus vocabulis, Timoris Dei, & Fidei Philippus in Locis complectitur.

Vsitatum est autem vna voce Pietatis seu Religionis omnes totius primae Tabulae virtutes comprehendendi. Sed vt illustrior sit explicatio, prodest eas euolui, & in plures species distribui, quarum singulae appellationes saepe plures alias per Synecdochen includunt. Recitabimus igitur sine superstitione octo genera operum primi Praecepti. Ac studiosos hortor, vt sequentes Virtutum definitiones ediscant, & velut normas & Regulas omnium consiliorum & actionum in omni vita sibi proponant.

Virtu-

Virtutes seu Bona opera primi Praecepti.

- I. *Vera noticia Dei.*
- II. *Timor D E I seu Pœnitentia.*
- III. *Fides.*
- IIII. *Dilectio.*
- V. *Spes.*
- VI. *Humilitas.*
- VII. *Patientia.*
- VIII. *Perseuerantia.*

I. VERA NOTICIA DEI est essentiam & voluntatem Dei in Lege & Evangelio patefactam, rectè agnoscere, iuxta verbum per Prophetas & Apostolos traditum, & certis ac illustribus testimoniis miraculorum, vt educatione populi Israël ex Aegypto, resurrectione mortuorum & similibus confirmatum.

Peccata pugnancia sunt, Caligo, & Cœcitas
F

mentis ignorantis Deum, omnes falsæ opiniones de Essentia & voluntate Dei, non congruentes cum verbo per Prophetas & Apostolos tradito: videlicet Ethnica, Philosophica, Turcica, Iudaica, omnes hæreses, corruptelæ Evangelij, Blasphemie.

II. TIMOR DEI est expauescere conspectu iræ Dei aduersus peccatum, & metu iræ ac iudicii diuini vitare delicta, & se reuerenter Deo subiicere, & voluntate ac verbo Dei omnia consilia & omnes actiones, in vita spiritali & civili gubernare.

Extrema sunt, Securitas seu esse sine cura, sine timore iræ & iudicii diuini, & Superstitio trepitans timore, vbi non est timor, vt Psalm. 14. dicitur. Hoc autem nobis præstet Dei timor, vt omnes alios timores contemnamus.

utilitas timoris Dei

III. FIDES est noticia omnium articulorum doctrinæ Christianæ, & assensus, quo amplectimur totam doctrinam à Deo nobis traditam, & in hac Promissionem gratitæ reconciliationis,

nis, certò donandæ propter Christum
Mediatorem; & est fiducia acquiescens
in misericordia Dei propter Filium me-
diatorem promissa, & certò statuens
sibi ipsi peccata remitti propter Chri-
stum.

*Peccata pugnancia cum Fi-
de, octo sunt.*

1. *Dubitaciones Epicureæ & Academicæ,
de Deo, de Providentia, & certitudine doctrinae
per Christum & Apostolos traditæ.*
2. *Diffidentia erga Deum.*
3. *Dubitare de remissione peccatorum, an
simus in Gratia Dei, an Deo placeamus.*
4. *Desperatio.*
5. *Confidentia seu Præsumptio.*
6. *Fiducia humanorum auxiliorum.*
7. *Superstitio.*
8. *Magia.*

III. DILECTIO DEI est ardens in-
cendium amoris, quo Mens & Volun-
tas, agnita dilectione Dei erga nos,

quam misso Filio declarauit, vicissim Deum complectitur, & sese Deo subiicit, & seruat omnia mandata Dei cum quadam leticia acquiescente in Deo. Vel Dilectio est obedientia vniuersalis iuxta totam Legem, vt dicitur Rom. 13. Dilectio est impletio Legis.

Peccata pugnancia sunt omnes prauae inclinationes, Odium Dei, Stupor nostrorum peccatorum nō sentiens ardentes flammās dilectionis, deniq; omnium ceterarum virtutum extrema.

V. S P E S est certa expectatio vitae aeternae, iuxta promissionem in Euangelio expressam, & est expectatio mitigationis calamitatum in hac vita, iuxta consilium Dei.

Extrema Fidei & Spei sunt, Desperatio & Praesumptio.

VI. H V M I L I T A S seu ταπεινοφροσύνη est virtus, qua in timore Dei, agnoscens propriam infirmitatem, non superbumus, sed vero corde nos Deo, & in officiis nostrae vocationis fiducia aus-

xilii diuini obeundis, & prestanda in poe-
nis & æumnis obedientia, & exhiben-
do aliis honore debito, subiicimus.

*Extrema sunt Ficta seu simulata Humilia-
tas & SUPERBIA: Quæ est sine timore
Dei, & sine agnitione infirmitatis propriæ sese
admirari & magnificare, propter certas dotes,
& propria sapientia aut viribus confidere, &
alios despicere, & cum accidunt aduersa, irasci
Deo tanquam iniuste punienti.*

VII. PATIENTIA est Virtus, quæ
in doloribus & æumnis moderatè &
placidè ferendis reuerenter se voluntati
Dei subiicit, nec inconcessa auxilia quæ-
rit, sed fide statuit Deum sibi propiciū
esse, & petit & expectat auxilium Dei,
mitigationem ac liberationem, & hac
fide & spe dolorem lenit, & pacem ac
læticiam in corde sentit.

Partes Christianæ Patientiæ sunt Ti-
mor Dei & Fides.

*Extrema sunt Impatientia, & Hypocriti-
ca tollerantia cruciatuum spōte accersitorum,
vt in flagelliferis, Eremitis & similibus.*

70 PRIMVM PRAE CEP.
VIII. PERSEVERANTIA est in
vera agnitione DEI, & fide in Chris-
tum constanter & perpetuò vsq; ad ex-
tremum vitæ Spiritum permanere.

*Extrema sunt Defectio à Fide, & Pertina-
cia in opinionibus impijs, aut superstitiosis
cultibus.*

Extrema communia seu peccata pus-
gnantia cum tota prima tabula sunt.

Epícureus ac Cyclopicus contem-
ptus Dei.

IDOLOLATRIA, quæ est vel fin-
gere aliquid esse Deum, quod non est
DEVS: vel honorem Deo propriè debi-
tum tribuere cuicunq; rei, quæ non est
Deus: vel alligare Deum ad aliquã rem,
ad quam se ipse non alligauit suo verbo:
vel eligere & instituire, cultus sine ver-
bo ac mandato Dei, & confidere his cul-
tibus, quòd propter eos Deus nobis
propicius sit & benefaciat.

HYPOCRISIS est simulatio pietas
tis, iu-

SECUNDVM PRAECEF. 71

tis, iusticiæ & sanctitatis externæ, cum tamen cor sit sine verò timore Dei & sine fide, plenum dubitationibus, prauis inclinationibus & affectibus, superbâ, admiratione sui, &c.

SCANDALVM est aut falsa doctrina, aut malum exemplum, quod gloriæ DEI & salutis aliorum hominum nocet, vel quia seducit alios, vel quia deterrēt alios ab Euangelio, vel quia præbet occasionem maledicendi Euangelio & Ecclesiæ, vel quia alios ad imitationem inuitat, vel quia serit alia plura peccata.

SECUNDVM
PRAECEPTVM,
PTVM,

Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.

F iii